Mt 2 : 20




Ps 92 : 1ab, 1c-2a, 3, 4, 5

Dominus regnávit! Decórem indútus est;
indutus est Dominus, fortitúdine præcínxit se.

Étenim firmávit orbem terræ, qui non commovébitur.
Firmáta sedes tua ex tunc, a sæculo tú es.

Elevavérunt flúmina, Domine.+
elevaverunt flúmina vocem suam,*
elevaverunt flúmina frágorem suum.

Super voces aquárum multárum,+
super poténtes elatiónes maris,*
potens in altis Dominus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimis;
domum tuam decet sanctitúdo Domine,
in longitúdinem diérum.

Gloria Patri, et Filio, et Spirítui Sancto.
Sicut erat in principio, et nunc, et semper,
et in sæcula sæculorum. Amen.